



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1657**

§. 215. Quoniam ecce venient dies. v. 29.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45549**

peccata potius quam super doloribus tuis, quos jam pridē superasti & quā modo multum oblectant, ob fructum iudeo toro orbe enatum, sicut olim valde afflīgebant, gratias ago tibi, pro tam utili doctrina. Fac obsecro me profunde penetrare ex iue passionis Consideratione malitiam peccatorum, & eorum penitus imbibere horrorem.

§. 214. Et super filios vestros. v. 28.

Ecce aliud pulchrum documentum Salvatoris, qui non solum suaderet pro se flere, sed & pro aliis propriis illorum peccata & ruinas, maxime tamen pro illis, qui orantem concernunt uti sunt domestici, & agnati & amici & alio modo nobis propinquiores sive voluntarie sive necessario.

**B**onum verbum, & valde bonum eructavit cor tuum Domine Iesu, consolabatis lugentes. Hæc enim est vera consolatio, qua afferat eternam tranquillitatem.

§. 215. Quoniam ecce venient dies. v. 29.

Qui dies & utique valde mali, si propter eos magis debemus lugere, quam propter tamen enormem Christi passionem. Hi dies utique sunt dies ultionis sumendæ de peccatis propriis. Invitat ergo hic filios & filias Hierusalem ad pœnitentiam, ut venturam præcaveant ultionem, præ fontibus imminentem, mirabilem & a seculis inauditam quam facturi erant in primo Titus & Vespasianus in obsidione civitatis Hierusalem, quam in destruunt, ut nec lapis mansurus super lapidem fortis exercitu valde, multo tempore, coangustando vndique, tribus aggeribus concludendo eam, & prohibendo introitum & exitum, introductionem virtualium & armorum, ut præ angustia famis mulieres proprios filios comedere cogantur & caput civitate turres & muros dirquent & cuncta aedificia palauaque auro fulgentia desiderant ad terram, & cunctos filios & habitantes in ea prosterant, aliquos occidendo fame, gladio, crucibus aliquos captivando & aliis vendendo prelio vili, ut mancipia perpetua, & delicta in Deum factorem suum, & recessum a Deo salutari suo, & provocationem in dis alienis & in abominationibus multis. Denique propter finalem mundi devalacionem quam ipse Dominus faciet multo quam Titus potentior ac terribilior.

**D**omine isti dies satis amari sunt, & bene fecisti nos admonendo contra eos ut a nūgis abstineamus, & tempus melius redimamus. Quid retribuam tibi pro fidelis admonitione tua? hoc ut quod mones caveam, cavebo.

§. 216.